



PROGRAMMA

21

IN FVNERE

ORNATISSIMÆ PVELLÆ

CATHARINÆ

ANGELICÆ,

REVERENDI DOCTISSIMI<sup>q</sup>  
*Viri*

Dn. M. PETRI CANNE-  
MANNI

Archidiaconi Ecclesiæ Helmæstadiensis  
vigilantissimi

FILIAE,

*Quæ Anno salutis humanæ*

clō Id c xxxvi. iv. Kl. Octobr.

*placidè in Domino obdormivit*

P. P.



HELMÆSTADI,

Typis IACOBI LVCII, An. clō Id c xxxvi.

PROGRAMMA  
IN FAVOREM  
ORINATISSIMAE FACULTATIS  
CATHARINAE  
ANGELICAE  
REVERENDI DOCTISSIMI  
Vni  
Dni M. PETRI CANNI

MANNI  
Archidiaconi Ecclesiae Helmshtadensis  
vigilantissimi  
Filius

Que Anno salutis humanae  
cl. la c xxxvi. iv. Kl. Octobr.  
placide in Domino obdormiuit  
P. P.



HELMSTADT  
Episcopi Jacobus An. cl. la c xxxvi.





PRORECTOR  
ET SENATUS ACADEMIÆ IULIÆ

CIVIBVS SVIS S. D.

 Vod nudiustertius commilitoni vestro præstitistis pietatis officium, id hodie à vobis, Cives Academici, ille exigit, cui denegare ipsa fortassis ingratitude nequeat. Reverendus enim Doctissimusq; Vir, Dn. M. PETRVS CANNEMANNVS, Archidiaconus hujus Ecclesiæ vigilantissimus, quem toties viam ad æterna gaudia disertè commonstrantem auditis, hodie justa faciet suæ Filiæ CATHARINÆ ANGELICÆ. Puellæ quidem illi annorum tredecim; sed quæ morum elegantia, obsequio parentibus debito, probitate laudabili & indefesso pietatis cultu, jam annis ipsis antiquior, in ruborem dare potuerit longè se adultiores pluri-

A 2 mas.

mas. His enim certè calamitosis temporibus nulli rei magis quam precibus, lectioni, & hymnis decantandis indulgisse eam accepimus; ut vel hoc domestico solatio maximè sese erigerent parentes, quum aliàs magnis periculis præ alijs exponerentur. Est scilicet consuetudo altera natura, & ut Philosophus præclarè ait, *ἡ μικρὴν Διὰ Φέρει τὸ ἔτιος ἢ ἔτιος ὧς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπλου μάλλον ἢ τὸ πᾶν.* Vnde non dubitamus, eximiam olim futuram fuisse viraginem, quujus ætas puellaris tam excelsa dederit tirocinia. Iam enim fato proxima non tam petijt, quàm seriò mandavit, ut manibus exanimatis libellus precationum, quo viva fuerat usa, includeretur; hoc enim ornatu instructam cœlesti sponso ac Seruatori unico se apparituram dixit. Quæ verba, etsi primâ fronte puerile quippiam sapere videantur, non est tamen cur negligantur temerè, illius sine dubio Spiritûs instinctu prolata, *qui maximè potens est in imbecillitate.* Ut ita non immeritò tristentur & Pater, quem omnes nostis optimus, & Noverca minimè novercans, (Mater enim

MAR-


MARGARITA Bennisacks / etiam ipsa dotis  
bus hunc sexum condecorantibus — *dum  
fata Deusq; sinebant* satis conspicua, jam  
tum Anno clo Io cxxvi mortalitatem  
exuit) quæ sine dubio præcipuè hunc affe-  
ctum persentiscit: quippe quam nudius no-  
nus in templum hilaris comitata fuit *in parā-*  
*etis* & publicis supplicationibus finitis, de  
dolore capitis nonnihil quæsta, primam in-  
stantis hujus quasi divortij admonuit. Nec  
verò quisquam Sapiens prohibere luctū co-  
natus est unquam, etsi finiendū esse statuant  
omnes: quod optimum inter pietatem &  
rationem temperamentum sit, & sentire de-  
siderium, & opprimere. Nam, ut rectissi-  
mè Seneca philosophatur, *Et infinito dolore  
affici, quum aliquem ex carissimis amiseris, stul-*  
*ta indulgentia est; Et nullo, inhumana duritia.*  
Equidem complexu filiolæ suavissimæ ad  
tempus ipsis erit carendum: aberit aliquan-  
diu illa, quâ visâ tristem vultum relaxabant,  
in qua omnes sollicitudines suas depone-  
bant: destituentur colloquijs, quorum inex-  
plebiles erant: non videbunt occursum ac

parentibus visis semper puellarem hilarita-  
tem: & quæ sunt reliquæ nimis efficaces ad  
vexandos animos recentis conversationis  
notæ. Sed omnia tamen illa, & si quæ præter-  
ea sunt alia, vel unicum hoc S. Spiritus ora-  
culum aut tollit aut mitigat, quod ex episto-  
la Pauli ad Thessalonicenses non semel No-  
bis defunctæ Parens interpretatus est: *No-*  
*lim vos in ignorantia versari fratres, quod ad*  
*eos pertinet, qui obdormiverunt, sicut & reliqui*  
*qui sp̄e non habent. Nam si credimus JESUM*  
*mortuum esse & resurrexisse, ita etiam Deus*  
*eos, qui obdormierint in JESU, adducet cum eo.*  
*Hoc enim vobis dicimus VERBIS DOMI-*  
*NI, fore ut nos vivi, qui reliqui erimus in ad-*  
*ventu Domini, non præveniamus eos qui obdor-*  
*mierint. Nam ipse Dominus cum hortationis*  
*clamore, cum voce Archangeli & cum Dei tu-*  
*ba descendet è cælo: & qui mortui fuerint in*  
*Christo, resurgent primùm. Deinde nos vivi qui*  
*reliqui erimus rapiemur simul cum eis in nubes,*  
*in occursum Domini in aëra: ET ITA SEM-*  
*PER CUM DOMINO uná ERIMUS.*  
*Itaq; consolamini alijs alios istis sermonibus. Hæc*  
per


per Apostolum ipse Sanctissimus Dei Spiritus: quæ quidem tam sunt in omni adversitate ad consolandum efficacia, ut stuporem nobis & silentium injiciant etiam invitis. A Vobis tamen aliquid solaminis videtur adungi posse: si frequentes nobiscum funus deduxeritis & immortalem Deum pro incolumitate Parentum totiusque familiae & in universum huius Oppidi ex animo fueritis comprecati. Quod cum ipsa vos jubeat P I E T A S, Nos ne rogabimus quidem, sed facturos omnes planè certi sumus. V. O. P P. V. K L. IIXbreis Anno c l o l o c x x x v i.




per Apostolum ipse sanctissimus  
tus: que quidem tam sunt in  
tate ad consolandum ecclesiam  
nobis & illorum injiciant  
Vobis tamen: idcirco solamini videtur ad-  
iungi posse: interquos nobilissimi  
deduxerit & immortalem Deum pro face-  
lumine Patrem totiusque familiae & in  
universam hanc Opibus ex animo faciens  
compreceat. Quod cum ipsa vos iubeat P. r.  
T. A. Nos ne rogamus quidem, sed factu-  
ros omnes plane certi sumus. V. O. P. V. K.  
IXbris Anno clo la c xxxv.










B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



21

RAMMA

VNERE

MÆPVELLÆ

ARINÆ

ELICÆ,

DOCTISSIMI  
*q<sup>3</sup>*

RI CANNE=

NNI

fiæ Helmæstadiensis  
ntissimi

IAE,

*Salutis humane*

. IV. KL. Octobr.

*ino obdormivie*

P.



ESTADI,

, An. cIo Io c xxxvi.

